

et spiritu suo sancto eos sanctificat, et in  
 eis novos motus, et novas inclinationes  
 pro ipsorum modo efficit: quia cernisi-  
 mum est, simpliciter omnes qui fiunt hoc,  
 redes vitae aeternae prius donandos esse re-  
 missionem peccatorum, et sanctificandos per  
 Filium Dei spiritu sancto ut 2 Corinth:  
 13. dicitur. Caro et sanguis in debet sine  
 spiritu sancto, non possunt regnum Dei  
 possidere. Et Rom: 8. Qui spiritu Dei  
 aguntur, hi sunt filij Dei.

Cum autem expresse dictum sit Talius est  
 Regnum caelorum, necesse est futuri dari eis  
 remissionem peccatorum, et inchoari in eis  
 iustitiam et vitam aeternam per Filium Dei,  
 qui in eis est efficax, et spiritu sancto eos  
 sanctificat.

Haec consolatio diligenter a grandioribus  
 cogitanda est ut magis vereantur Bap-  
 tismum, et ardentius commendent infantem  
 Deo, et hanc vocem Filij Dei sciant non ina-  
 nem esse: Talius est regnum caelorum, et